UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

4 vtrum peccet ille, qui iniungit iuramentum periurio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72772

Visual Library

¶In reſponſione ad tertium ibidē nota, ꝙ eum qui nō aduertit ſe iurare, excuſat author a mortali tanquam non exercenté iuramentum vt actū humanum: ſed ſi qs propter continuā iurandi cōſuetudinem tam verè, quàm falſo in communi locutione non aduertit, non excuſatur a mortali: quoniam inaduertētia excuſās periuriū, oportet quòd ſit cauſa periurij, hoc eſt, ꝙ ſi aduerteret ſe periurare, non periuraret. In iſtis autem ſic aſſuetis, vt dictum eſt, inaduertētia non eſt cauſa periurij, ſed ſolum cōcomitās periuriū: nihil enim minus periuraret ſi aduerteret. Concomitans autem inaduertentia non excuſat, ſicut nec ignorantia, vt patet ex 3. Ethico.

in communi ſermone iuret tum A
pp ſcandalum, tum propter maiorē deliberationem: quibus æqualiter hinc inde pēſatis, grauius eſt, ſi quis per Deū iurās periuret, q̃ ſi periuret iurās per Euangelium.

Ad tertium dicendum, ꝙ non propter quodlibet peccatum mortale aliquis infamis efficitur ipſo iure. Vnde non ſequit̄, ſi ille, qui iurat falſum iuramento aſſertorio, nō eſt infamis ipſo iure, ſed ſolū per ſententiā diffiniti- B
uā latā contra eum in accuſatione, ꝙ pp hoc non peccet mortaliter. Ideo aūt magis reputatur infamis ipſo iure, qui frangit iuramētum promiſſorium ſolēniter factum: quia in eius ptāte remanet, poſtquam iurauit, vt det ſuo iuramento veritatem, quod non contingit in iuramento aſſertorio.

Articvlvs IIII.

Vtrum peccet ille, qui iniungit iuramentum ei, qui periurat.

¶*Super quaeſt. nonageſimeoctauę articulum quartum.*

In ar. 4. in reſponſione ad quartum nota, ꝙ quāuis liceat vti iuramento iurantis per falſos deos, non tamen licet inducere etiam paratū ad iurandum per falſos deos. Et idem eſt iudicium de quocunque alio crimine, videlicet, ꝙ nō licet aliquem, quantumcunque paratum, ad crimen prouocare, aut incitare ad illud. Et omnium vna eſt communis ratio: quia digni ſunt morte nō ſolum qui faciunt mala, ſed etiam qui conſentiunt facientibus. Et idem eſt de cooperatoribus ad malum, iudicium.

Ad qvartvm ſic proceditur. Vr̄, ꝙ ille peccet, q iniungit iuramentum ei qui periurat. Aut. n. ſcit eum verum iurare, aut falſum. Si ſcit eum verum iurare, pro nihilo ei iuramentū iniūgit: ſi autem credit eum falſum iurare, quantum eſt de ſe, inducit eum ad peccādum: ergo videtur, quòd nullo modo debeat quis alicui iuramentum iniungere.

¶ 2 Præt. Minus eſt accipere iura- D
mentū ab aliquo, quàm iuramentum iniungere alicui: ſed recipere iuramentum ab aliquo non videtur eſſe licitum, & præcipue ſi periuret, quia in hoc videtur conſentire peccato: ergo videtur ꝙ multo minus liceat exigere iuramentum ab aliquo, qui periurat.

¶ 3 Præt. Dicitur Leuit. 5. Si peccauerit anima, & audierit vocem iurantis falſum, teſtiſq́ue fuerit ꝙ ipſe vidit, aut cōſcius eſt, niſi indicauerit, portabit iniquitatem ſuam: ex quo videtur E
ꝙ aliquis ſciens aliquē iurare falſum, teneatur eum accuſare: non igitur licet ab eo exigere iuramētum.

Sed contra. Sicut peccat ille qui falſum iurat, ita ille qui per falſos deos iurat, vt Auguſt. * dicit ad Publicolam: ergo licet iuramentum exigere ab eo, qui falſum iurat.

Respon. Dicendum, ꝙ circa eū qui exigit ab alio iuramētum, diſtinguendum videtur. Aut. n. exigit iuramentum pro ſeipſo propria ſponte, aut exigit iuramētum pro alio ex neceſſitate officij ſibi commiſſi. Et ſiquidem aliquis pro ſeipſo exigit iuramentū tanquam perſona priuata, diſtinguendum vr̄, vt * Aug. dicit in ſermone de periurijs. Si. n. neſcit eum iuraturum falſum, & ideo dicit, Iura mihi, vt fides ei ſit, non eſt peccatum, tamen eſt humana tētatio, quia. ſ. ꝓcedit ex quadā infirmitate, qua homo dubitat aliū

A eſſe uerum dicturum. Et hoc eſt illud iuramentum, de quo Dominus dicit Matth. 5. Quod amplius eſt, à malo eſt. Si autem ſcit á eum feciſſe. ſ. contrariū eius quod iurat, & cogit eum iurare, homicida eſt. Ille. n. de ſuo periurio ſe interimit: ſed iſte manum interficientis impreſſit. Si autem aliquis exigat iuramentū tamquam perſona publica, ſecundum ꝙ exigit ordo iuris ad petitionem alterius, non videtur eſſe in culpa, ſi ipſe iuramentum exigat ſiue ſciat eum falſum iurare, ſiue uerum: quia non uidetur ille exigere, ſed ille, ad cuius inſtantiam exigit.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ obiectio illa pro- B
cedit, quando pro ſe aliquis exigit iuramentum, & tamen non ſemper ſcit eum iurare verum, vel falſum: ſed quandoque dubitat de facto, & credit eum uerum iuraturum, & tunc ad maiorem certitudinem exigit iuramentum.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ ſicut * Aug. dicit ad Publicolam, quàmuis dictum ſit, ne iuremus, numquam tamē me in ſcripturis ſanctis legiſſe memini, ne ab aliquo iurationem accipiamus. Vnde ille qui iurationem recipit, non peccat: niſi forte quādo propria ſponte ad iurandum cogit eum, quem ſcit falſum iuraturum. Epiſt. 154. ante medium tom. 2.

Ad tertivm dicendum, ꝙ ſicut * Augu. dicit, Moyſes non expreſſit in prędicta authoritate, cui ſit In li q. ſuper Leuiti. q. 1. tom. 4.
C indicandum periurium alterius: & ideo intelligitur ꝙ debeat indicari talibus, qui magis poſſunt prodeſſe, quam obeſſe periuro. Similiter ętiam nō expreſſit quo ordine debeat manifeſtari. & ideo uidetur ſeruādus ordo euangelicus, ſi ſit peccatum periurii occultus, & pręcipue quando non uergit in detrimentum alterius: quia in tali caſu non haberet locum ordo euangelicus, vt ſupra * dictum eſt. q. 33. ar. 7. & 8. & q. 68. articu. 1.

Ad qvartvm dicendum, quòd licet malo uti propter bonum, ſicut & Deus utitur, non tamen licet aliquem ad malum inducere. Vnde licet eius, q per falſos Deos iurare paratus eſt, iuramentum recipere, non tamen licet eum inducere ad hoc, quòd
D per falſos Deos iuret. Alia tamen ratio uidetur eſſe in eo, qui per uerum Deum falſum iurat: quia in tali iuramento deeſt bonum fidei, qua utitur aliquis in iuramento illius, qui verum per falſos Deos iurat. Vnde * Auguſtinus dicit ad Publicolam. Epiſt. 154. nō longe a princip. to. 2.
Vnde in iuramento eius, qui falſum per verum Deum iurat, non uidetur eſſe aliquod bonum, quo uti liceat.

Qvaestio XCIX.

De ſacrilegio, in quatuor articulos diuiſa.

Deinde conſiderandū eſt de uitiis ad religioſitatem pertinentibus, quib. rebus ſacris irreuerentia exhibetur. Et primò, de ſacrilegio. Secundò, de ſimonia.

Circa primum quæruntur quatuor.

¶ Primò, Quid ſit ſacrilegium.
¶ Secundò, Vtrum ſit ſpeciale peccatum.
¶ Tertiò, De ſpeciebus ſacrilegii.
¶ Quartò, De pęna ſacrilegii.

¶*Super quaeſtionem nonageſimamnonam.*

In quæſtio. 99. multa occurrunt dubia ſimul mouenda, & tractanda. Primum eſt, circa quod quid eſt ſacrilegii. Nam definitio iſta ſcilicet rei ſacræ uiolatio, hoc eſt, irreuerentia, multo plus ſe extendit, quam ſacrilegium. Simoniacus namque emendo, uel uendendo ſacramenta, & huiuſmodi, manifeſtè iniuriatur, & tamen non ſacrilegus, ſed ſimoniacus dr̄. Rurſum cuiuſlibet uoti uiolator rei ſacræ, hoc eſt, ad diuinū cultū ordinatæ p

ipſum